detrahit. Et ibidem. Non eris criminator nec ſuſurro in populis. Dicit glo. Criminator idem eſt quod detractor. qui alieno crimine delectat̃.

Feria quarta.

ORauit Heſter ad dominum dicens. Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita. ⁊ non eſt q̃ poſ-
A ſit reſiſtere tue voluntati Heſter. xiij. Conſuetudo fuit apud antiquos vt hi q̃ non erant in gr̃a dominoꝝ per mulieres reconciliabant̃ ſapientes. Cuius figura h̃r. j. Reg. xxv. de Abygail muliere prudẽte. que videns virum ſuum Nabal non eſſe in gr̃a regis Dauid. aſſumptis ſecum ducentis panib⁹ ⁊ duob⁹ vtrib⁹ vini. ⁊ q̃nq; arietib⁹ ad ip̃m ꝑperant̃ iuit. virumq; reconciliauit. ſicut de hoc h̃r latius ſ̃mo. iiij. in aduen. J. P. Idem legit̃. ij. Reg. xiiij. Cum Abſalon non h̃ret gr̃am patris ſui Dauid. eo ꝙ frẽm ſuum Amon occidiſſet. ſicut patz plenius. ij. Reg. xiij. Miſit prudentẽ mulierem Thecuitem q̃ ip̃m ſapienter reconciliauit. Sic etiaz legit̃ in li. Heſter. Cum iudei omnes eſſent damnati ad mortem q̃ erant in centũuigintiſeptem, puincijs Aſſueri. p Heſter prudentem ſunt reconciliati. ſicut patet in p̃uti ep̃la in qua p oõnem quam ad dñm fudit Aſſueruz regem mitem inuenit. q̃ ſnĩam datam reuocauit. Sed p mulieres ſapientes intellige animas ſanctas ꝓpt̃ tria Primo ſicut mulieres naturaliter ſunt pie, quod patet ex hoc ꝙ maioris ſunt pietatis q̃ viri ⁊ citius lacrimas fundunt. Sic anime ſancte ſunt pie ⁊ ad lacrimas compunctionis ꝓne qualis fuit anima Job qui dicit. c. xxx. Flebam quondam. ſ. in ꝓſperitate ſup eo qui afflictus erat ꝯpatiebat̃ anima mea pauperi. Secundo ſicut mulieres ſunt vehement̃ amatiue. magis em̃ diligunt deũ q̃ viri. ſic anime ſancte feruenter diligunt deum. Naz quelibet dicere põt illud Canti. v. Si inueneritis dilectum dicite ei q: amore langueo. Tercio ſicut mulieres circa fetum ſunt magis ſolicite. Quia dicit Ariſt. xvij. li. animalium. Non eſt ꝯſuetudo ꝙ mares ſint ſoliciti circa fet⁹ ſꝫ femĩe. Sic aĩe ſancte ſollicite ſunt circa bona opa que ſunt q̃ſi fetus quos deo pariunt. Et talis erat anima Marthe. cui dñs dixit Lu. x. Martha martha ſolicita es. Modo ad ꝓpoſitum nos petõres q̃ ſum⁹ in ira dei ꝓpt̃ peccata noſtra. q: de peccatorib⁹ d̃r p pš. lxxvij. Ira dei aſcendit ſup Iſrahel. Si igit̃ volumus deo reconciliari neceſſe eſt vt hoc fiat p oõnes ſanctaꝝ animaꝝ. quaꝝ vna fuit hec fidelis mulier Heſter que petit in pſona eccľie liberatõem ſpũalem cuiuſlibet peccatoris a peccati ſuitute. vt ad ſenſum moralem teſtat̃ hec ep̃la. In qua hec ſancta mulier p̃ncipalit̃ duo facit. Primo captat liberatõnis beniuolentiam. ibi. Dñe ⁊c̃. in ditione em̃ tua ⁊c̃. Secundo explicat ordinis ꝑtinentiam. ibi. Et nunc domine rex ⁊c̃. Circa qḋ notandum quo ad ſenſum hiſtorialem legit̃ ꝙ in regno regis Aſſueri fuit q̃dam vir iudeus de tribu benyamin noĩe Mardocheus q̃ deſcendit de tranſmigratione Jechonie. hic quandam neptim ſuo nomĩe Heſter puellam ſpecioſiſſimam adoptauerat in filiam. Quã rex Aſſuerus repudiata Vaſthi ſuo ꝯiugio copulauit. vt h̃r Heſter. ij. Tunc igit̃ tempis fuerunt multi iudei in regnis Aſſueri. qui poſt vltimum reditum iudeoꝝ de Babylone q̃ fuit ſub Neemia remanſerunt in terra hac. noluerũt reuerti inde. ⁊ p̃ſtim qui habitabãt in ſuſis ⁊ in centum. xxvij. ꝓuincijs. Quia multi ibi duxerũt vxores. acq̃ſierunt poſſeſſiones q̃s dimittere noluerũt. Contigit igit̃ vt h̃r Heſter. iij. c. vt rex Aſſuer⁹ exaltaret quẽdam noĩe Aman p̃cipiens vt cuncti ſibi genu flecterẽt qḋ ⁊ illi fecerunt p̃ter Mardocheum. ꝓpter qḋ Aman indignat⁹ ꝯ̃ Mardocheum. ⁊ q: erat iude⁹ impetrauit Aman a rege vt omnes iudei qui in predictis regnis erant vna die delerent̃. Et ꝓpter hoc edictum regis appendit primũ in ciuitate ſuſis vt h̃r Heſter. iij. Et hoc fecit iõ ne rex indictum ĩmutaret. Quod audiẽs Mardoche⁹ ꝯtriſtatus eſt valde ⁊ omnes iudei in ciuitate. hoc ad aures heſter ꝑuenit dicente ei hoc Mardocheo Illa aũt p̃cepit ei vt omnib⁹ iudeis q̃ erant in ſuſis cõgregatis trib⁹ dieb⁹ ieiunarent. ⁊ ipſa cum ancillis ſuis cibum non guſtaret. Quib⁹ finitis ad regem p̃mo ⁊ ſecundo intrauit ⁊ edictum immutauit vt omnis pplus iudeoꝝ ſaluaret̃. ⁊ hoſtis eoꝝ Aman ſuſpẽderet̃. Et in iſtis trib⁹ dieb⁹ Mardocheus hanc oõnem forte orauit dñ. Dñe deus rex omp̃s in ditione tua ⁊c̃. Sꝫ hoc h̃ aſcribit̃ Heſter. hec oõ dicit̃ ꝙ ſic erat in tranſlatione lxx. interp̃tum de q̃ etiam dicit eccľia. Vel q: Mardocheus auc̃te ⁊ iuſſu heſter eam fecit. ⁊ eſt regula iur̃ li. vj. Qui facit p alium eſt p inde ac ſi faciat p ſeip̃m. Vel ideo hec oõ attribuit̃ Heſter. q: ipſam liberationem ppli ꝓ q̃ fiebat iſta oõ p̃ncipalit̃ ꝓcurauit. Sꝫ ſpũaliter in heſter regina figurata eſt eccľia quam xp̃c duxit in ſponſam repudiando veterem ſynagogam. Naz ſynagoga figurata eſt p Vaſthi que interpretat̃ eleuata. B
quia ſynagoga eſt finita ⁊ ꝯſummata. ⁊ eccleſia multuz eleuata. ⁊ in regno militantium valde confortata. ꝓpter p̃mum igit̃ ꝙ eccleſia eſt eleuata nõ ſolum figurata eſt p heſter que vltra omnes virgines fuit in regno aſſueri eleuata. ſed etiaz figurata eſt p firmamentum. quod p̃mo eſt ſuper omnes celos ſeptem planetaꝝ locatum. Quia dicunt doctores ꝙ ſub firmamento eſt primum celum ſaturni. ſecũdum iouis. tercium martis. quartũ ſolis. quintum veneris. ſextum mercurij. ſeptimum lune. Deinde ponit octauam ſperam quam vocat firmamẽtum. Per ſeptem igit̃ celos planetaꝝ figurat̃ ſeptenari⁹ numer⁹ dieꝝ quos celebrabant in veteri ſynagoga. de quib⁹ ſup̃ feria. vj. Inuocauit. f. ij. D. L. Sed vltra hos eleuata eſt eccľa. que multa feſta p anni circulum ſanctoꝝ celebrat ⁊ gloriam reſurrectionis expectat ſicut ipſa canit in ſymbolo niceno. Et expecto reſurrectionẽ mortuoꝝ. Scḋo eccľia figurat̃ p firmamẽtum ⁊ p heſter. q: ſicut firmamentũ int̃ duos polos rotat̃. q̃ꝝ vnus ſeptentrionalis. ⁊ a nobis videt̃ qui d̃r polus articus. Alt̃ aũt auſtralis q̃ antarticus d̃r nunq̃ a nobis videt̃. Sic etiam heſter q̃n ad regem aſſueruz intrauit duab⁹ puellis ſuſtentabat̃. ſup vnam innitebat̃. ⁊ alia defluentia in terram portabat veſtimẽta. Vt h̃r heſter xv. Similit̃ ſancta mr̃ eccľia ad ſimilitudinẽ firmamẽti ⁊ heſter habet duo teſtamenta que ſunt tanq̃ duo poli inter quos rotatur. Quorum primũ vetus teſtamentum vt polus articus in quo bona viſibilia ⁊ preſentia ꝓmittebantur. Quia Deutro. xj. ⁊ Leuitici. xxvj. promiſit precepta dei ſeruantib⁹ pluuias tempozib⁹ ſuis. generationem ſeminis terre. arboꝝ repletionem cum fructib⁹. panis ſaturationem. ⁊ inimicorum de finibus eorum ablationem. Et Deutro. xxviij. Promiſit agri benedictionem. iumentorum multiplicationem cellariorum repletionem ⁊ ſic de alijs. que omnia fuerunt viſibilia ⁊ p̃ſentia. Sed ſecundum. ſ. nouum teſtamentũ futura ⁊ inuiſibilia p̃dicat vt regnuz celoꝝ. Math. iiij. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celoꝝ. Sed p duas puellas heſter. intellige in xp̃o duas naturas. diuinam ⁊ humanam. Sup diuinam naturam eccleſia innitit̃. Iuxta illud Cantico. viij. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delicijs affluẽs innixa ſup dilectum ſuum. Vbi p deſertum intelligit aſperitatem perſecutionis tyrannorum. de qua eccleſia aſcendit ad deum. Sed humana natura. ſ. xp̃i ſuſtentat veſtimẽta .i. ornamenta. quia omnia ornamenta eccleſie ꝓ chriſti humilitate ſuſtentantur. Ille etiam due nature ſignificantur p duos polos. quarum vna eſt viſibilis. ſcilicet humana, Iuxta illud Baruch. iij. In terris viſus eſt.

⁊ cum hominib⁹ ꝯuerſat⁹ eſt. Altera inuiſibilis.ſ.diui-
na ſicut dicit Moyſes Exo xxxiij. Nõ videbit me ho-
mo ⁊ viuat. ⁊ Joh.j. Deum nemo vidit vnq̄. ⁊ mgr̃ li.
ij.di.viij.c.v. De⁹ in ſpecie ſue eſſentie nunq̄ apparuit
mortalib⁹. Tercio ſicut firmamētum multis ſtellis de-
corat̃. Quia Geñ.j.dĩ. Fecit deus ſtellas ⁊ poſuit in fir
mamento. Et ſimilr̃ Heſter regina erat valde decora.
q꜡ incredibili pulcritudine. ⁊ oculis omniū ḡtioſa. He
ſter.ij. Sic ſimilr̃ ſancta mr̃ eccl'ia valde decora ꝑ mul-
titudinem ſanctoꝝ. Et vt canit̃ eſt v̄ga ſine ruga. de ei⁹
pulcritudine dic̃ ſpõſus Cañ.iiij. Tota pulcra es ami-
ca mea ⁊c̃. Et ſic habes ꝯuenientiam firmamenti cum
Heſter regina ꝓpt̃ quam ſancta mr̃ eccl'ia eſt ambob⁹
ꝯpata. Propter ſcđm igr̃ qđ dictū eſt ꝙ eccl'ia eſt valde
ꝯformit̃ aſſimulata Heſter regine. ⁊ cum hoc mõti ſyon
Nota. q꜡ ſicut Heſter fuit fort̃ mulier. ſicut pʒ ex ſua
audacia qñ ad regem Aſſueꝝ intrauit. ad quem nemo
intrabat niſi iuſſus intrare auſa fuit Heſter.vj. Sic eti-
am mons ſyon fuit mons fortitudinis ⁊ ſecuritatis. vt
dicit mgr̃ li.iiij. Iſto mõ eccl'ia eſt adeo fortis ⁊ ſecura
ꝙ nulla pſecutõe hereticoꝝ ⁊ tyrãnoꝝ deficiet. ſicut te-
ſtat̃ be. Hiero.xxiiij.q.j.c. Hec eſt fides ſancta in q̃ ro
mana eccl'ia q̄ ſemꝑ imaculata ꝑmanſit. dño ꝓuidente
⁊ beato Petro opem ferente. In futuro ꝑmanebit ſine
vlla hereticoꝝ inſultatione. Glo. p̄ualente atꝫ firma et
immobilis omni tpe ꝑſiſtet. Iſta igit̃ ſancta eccl'ia ꝑ he
ſter ⁊ firmamentum rõne eleuationis. ⁊ ꝑ mõtem ſyon
rõne ꝯfortatõnis figurata hʒ multos pp'los.ſ. xp̄ianos
q̄ ſignificant̃ ꝑ iudeos. q꜡ ſicut iudei interp̄tant̃ ꝯfiten-
tes. ſic xp̄iani ꝯfitent̃ xp̄m. Quia dic̃ Hiero.xj.q.iij.c.
eſtimant. Quotiens bonum agim⁹ deum ꝯfitemur. et
q̃tiens vincimur a vicijs atꝫ peccatis deum negamus
Sʒ ꝯtingit heu multotiens ꝙ ipſe pp'ls xp̄ian⁹ ad mor-
tem culpe ꝓcurante dyabolo aut pctõ ꝯdemnat̃. ſicut
figurat̃ in illo q̄ ꝓcurante Aman pp'ls iudaic⁹ ꝯdem-
nari debebat. Aman interp̄tat̃ iniqu⁹. ⁊ ꝑ ip̄m accipit̃
dyabolus. q̄ ꝓcurat damnatiõis ſniam. qđ audiēs mr̃
eccl'ia orat ꝓ pp'lo ſuo ad dñm ſicut dicunt p̄miſſa v̄ba
epl'e. Orauit heſter ad dñm. vbi ꝑ heſter intelligit̃ que
orauit ꝓ ſuis pp'lis. p̄mo vt a ſuis pp'lis defenſet̃ eccl'ia
Facit eñ ad ſimilitudinē muſtele. q̄ ſm Pli. in ſpe.nã.
⁊ Yſaac in diet̃. qñ pugnatura eſt cum ſ̄pente p̄mo ru-
tam comedit vt in eius odore ⁊ v̄tute ꝯ venenum ſecu-
at. ⁊ ſic ꝯ bella ſecure ꝓcedit. Quia dicũt Pli. ⁊ Dyaſco.
⁊ Conſtantin⁹. tanta eſt rute vis ꝙ poſt eius eſum mu-
ſtela etiam baſiliſcum inuadit ſecure ⁊ occidit. Moralr̃
pugnans muſtela cum ſ̄pente eſt eccl'ia tentata in ſuis
filijs a demone. hec q̄dem ſi vult demonē vincere ⁊ oc-
cidere. dʒ ſe ruta deuote oꝛõis p̄muniri q꜡ oꝛo deuota
eſt q̄ſi flagellū cingens dyabolū. vt dic̃ Anſ. Et q꜡ dya
bolus hoc ſacro tpe q̄dragefimali plus fideles impugt̃
hinc eſt ꝙ eccl'ia plus alijs tpib⁹ anni iam p̄ces fundit
¶ vt dyabolum impugnantem facilius vincat ⁊ occidat.
Quia legit̃ Exo.xvj. Cum Amalech aggreſſus eſt fili-
os iſrl' cum eis pugnatur⁹ dixit Moyſes ad Joſue. eli-
ge tibi viros ⁊ egreſſus pugna ꝯ Amalech. Ego autem
ſtabo in v̄tice montium hñs v̄gam dei in manu mea.
Aſcendit igit̃ in mõtem ⁊ Joſue pugnabat. Cūq꜡ ma-
n⁹ eleuaret Moyſes pp'lus iſrl' ſuꝑabat. cūq꜡ aũt remit-
teret ſuꝑabat̃. Amalech interp̄tat̃ gens bruta. ⁊ ſignifi
cat demones vel pctã q̄ faciunt homines beſtiales. ſic
ꝓbat Boe. li.iiij. de ꝯſo. ꝓſa.iij. Euenit vt quem trãſ-
formatum vicijs, improbum videas hoiem eſtimare ñ
poſſis. q.d. ſʒ magis beſtiam. Iſti igit̃ pugnant ꝯ fide-
les q̄ ſignificant̃ ꝑ iſrl'. Sʒ Moyſes q̄ interp̄tat̃ liniens
vel vrgens ſignificat p̄dicatorem quelibet eccl'ie q̄ int̃-
dum linit dulci ſ̄mone. int̃dum vrget aſpera correctõe
Hic dic̃ ioſue q̄ interp̄tat̃ ſaluator⁹ ⁊ ſignificat vnum-
quēq꜡ hoiem q̄ ſaluator⁹ eſt animam ſuaꝫ. Elige tibi vi
ros. ꝑ quos intellige v̄tutes.ſ. oꝛõnes ieiuniū ⁊ elymoſi-

⁊ pugna ꝯ demones ⁊ vicia. q꜡ hoc gen⁹ demonioꝝ nõ
eijcit̃ niſi in oꝛõne ⁊ ieiunio Math.xvij. Quod autem
Moyſes dicit ſe ſtare in v̄tice montium man⁹ eleuan-
do in celum. ſignificat̃ ꝙ p̄lati ſancte eccl'ie ⁊ p̄dicatores
ſtant in ſummitate ḡduum dignitatis ⁊ eleuãdo man⁹
ad deum oꝛõib⁹ ſuis adiuuant in pugna pp'lm. Iuxͣ
illud Jac.v. Orate ꝓ inuicem vt ſaluemini. q꜡ ſuꝑiores
tenent̃ orare ꝓ ſb̄ditis: ⁊ econuerſo. Multum eñ valet
dep̄catio iuſti aſſidua. ſʒ eccl'ia iõ orauit ad dñm ꝓ ſuis
pp'lis vt in anima impinguant̃. Facit eñ eccl'ia ſic mu-
lier q̄ diſtillat vinum vt inde fiat olei pinguedo. Dicit
eñ Anſ. li.ix.c.xlix. Oꝛ ꝑ ſb̄limatõꝫ aut diſtillatõꝫ con
uertit̃ liquor vini in pinguedinem olei. Naꝫ ſi vinum
diſtillet̃ ad modū aque roſacee diſtillat̃ humiditas aq̄a
⁊ inſipida. ⁊ illud qđ remanet fit oleaginum. ⁊ ſi iteꝝ il-
la ſb̄a ſb̄limet̃ egrediet̃ inde oleū. ⁊ hoc plus fit de forti
q̄ꝫ de debili vino. ⁊ p̄cipue de muſto. Sic ſctã eccl'ia ad
modum mulieris vinum diſtillantis. ⁊ ſꝑ plus ⁊ plus
vinum ſublimãtis diſtillat ⁊ ſublimãt vinum oꝛõnis.
Nam feria q̄nta fecit mentõꝫ de oꝛõne. vicʒ in die cine-
rum Ezech. Jere.xxxviij. q̄liter oꝛõne ſanitatem. ⁊ xv.
annos vite ſue impetrauit. deinde iteꝝ ſb̄limat. Nam
ſabbato q̄tuoꝛ tpm ꝓpoſuit nobis oꝛõnem Moyſi q̄ po
nit̃ Deut.xxvij. in hec v̄ba. Reſpice dñe de ſanctuario
tuo. ⁊ de excelſo celoꝝ hitaculo. ⁊ bñdic pp'lo tuo. ⁊ tre
quam dediſti nobis. Poſt hoc tercio iteꝝ ſb̄limat vinū
oꝛõnis. q꜡ feria.ij. reminiſcere poſuit oꝛõnem Danielis
ꝓphe.c.ix. ꝑ quam eccl'a ſic orauit. Dñe deus nr̃ q̄ edu-
xiſti pp'lm tuum de terra egypti in manu forti ⁊ v̄tute
magna ⁊c̃. Auertat̃ ira ⁊ furor obſecro tuus. q.d. Tu q̄
eduxiſti iam pp'lm tuum ꝑ veram ꝯfeſſionem ⁊ pñiam
de tenebris peccati. obſecro te ne iraſcaris eis. Deinde
q̄rto iteꝝ diſtillat oꝛõnem ⁊ ſb̄limat vt hodie in ꝑſona
Heſter. ⁊ q̄d ꝑ hoc vult. certe non aliud niſi vt oleum
deuotionis in filijs generet̃ ſuis.i. anima cuiuſlibet ho
minis impinguet̃. Iõ dicit Anſ. vbi ſup̄. Per vini for
tis liquorem intellige ꝯpuncti hominis feruorem. de q̄
dicit pſ̄.lix. Potaſti nos vino ꝯpunctionis. Vñ q̄ fer-
uent̃ orat tantum ſb̄limat̃ q̄ntum orãdo eleuat̃. q꜡ oꝛo
eſt aſcenſio mentis in deum vt dic̃ Damaſce. Iõ ſubli-
matio fortis vini eſt oꝛo ꝯpuncti hominis q̄ ꝯuertit̃ in
pinguedinē olei. q꜡ ipſi oranti acq̄rit abundantiam gr̃e
ſpũalis gaudij. qđ eſt vt q̄daꝫ pinguedo ouium. vt tũc
dicat̃ de quolibet tali illud pſ̄.xliiij. Vnxit te de⁹ deus
tuus oleo leticie pre conſortib⁹ tuis. ¶ Tercio orauit ec
cleſia vt gratia nobis citius impetret̃. Scđm eñ iura
aliquis qui eſt ineligibilis ad aliquam dignitatem ob
vnitatem electoꝝ concorditer petit̃. Qui taliter petit⁹
ex gratia admittit̃. nõ autem ex iuſticia ex qua indign⁹
eſſet ad poſtulandum vel eligēdum. vt extra de poſtu.
c. bone memorie. Quia ſm Gamfredum poſtulatio eſt
gratie petitio. Sic quia cum homo ex ſe eſt indignus
exaudiri. ideo ſancta eccleſia in ſuis fidelib⁹ concorditer
orat ꝓ peccatorib⁹ vt abiles reddant̃ ad accipiendū ḡ-
tiam xp̄i ⁊ eius miſericordiam. quia ſm iura poſtulatio
debet fieri in concordia. Sʒ aliquis debet ex gratia ad-
mitti. Sic etiam concors eccleſie petitio admittit̃ ꝓ pec
catore. Ideo dic̃. Orauit heſter.i. eccleſia eleuata ad do-
minum ꝓ populo ſuo vt ab hoſte defenſaret̃.i. anima
impinguaret̃ ⁊ gratia ſibi impetret̃. Et p̄mo ideo quia
captat beniuolentiam vno modo in hoc cum dicit. do
mine. q.d. Quia dominus eſt nomen liberalitatis ideo
liberaliter peto me ꝓ populis meis exaudiri. Qꝛ enim
dominus eſt nomen liberalitatis vide ſup̄ dominica
iiij. in aduen. J. A. Alio mõ captat beniuolentiaꝫ cum
dicit: deus. Quia deus eſt miſericors. ⁊ ſua ꝓprietas eſt
miſereri ſꝑ ⁊ parcere. Et Deut.iiij. dixit Moyſes. De⁹
ignis ꝯſumens dicit glo. Deus ignis eſt. q꜡ ꝯſumit pec
cata. Et Job.viij. Deus nõ ꝓijciet ſimplicem. Tercio
in hoc cum dicit rex. q̄ſi diceret. Reges ſunt liberales

ad exaudiendum.ſicut refert Suetoniꝰ de Tyto impe
ratore.Quem cum rogaret paup ꝓ numo dedit ei ciui
tatē. Et ſi terreni reges ſunt liberales. q̄ntomagis rex
celeſtis miſcōiter remittit ſniaꝫ damnatōis ⁊ offenſam
Quia igiꝉ leo q̄ eſt rex aīalium ſm̄ Yſid.xij.circa homi
nem mirificam hꝫ nāꝫ ⁊ miſcōiam.ſicut pōt ꝑpendi ex
hoc ꝙ pſtratis ante ſe parcit. Hominē nūſi in magna
fame nec comedit nec occidit. Et q̄re non xp̄c rex regū
⁊ dn̄s dominātium humilitatis ante ſe ꝑceret. nec hu/
miliatam interimeret aut necaret. qꝛ dic̄ Ezech.xviij.
Nolo mortem petōris. ¶ Quarto in hoc cū dicit om/
nipotēs.Exo.xv.Dn̄s omp̄s nomē eiꝰ.nam omnipo/
tentia ſua ſtat in trib. In amplitudīe potētie. pōt eīm
quecūꝗ vult facere. Iuꝫ illud Sap̄.xj.Miſereriſ qꝛ om
nia potes. Itē in hoc ꝙ ad agēdum nulliꝰ indiget. Iuꝫ
illud pſ̄.xv.Bonoꝝ meoꝝ nō indiges. Item qꝛ a nul
lo ꝓhiberi pōt. Iuꝫ illud Math.xx. Nō licet mihi fa/
cere qō volo.q.d.vtiꝗ.Et qꝛ deus eſt omp̄s iō ſibi nō
deeſt ptās implendi illud qō ab eo rogitaꝉ. ¶ Quinto
captat beniuolentiaꝫ in hoc cū addit. In ditōne tua.i.
dominatione tua:cūcta ſunt poſita.q.d.Exq̄ omnia ſē
ſb tua dn̄atione.reſtat vt nō fruſtremur in nr̄a petitōe
Quia ſm̄ pſ̄.cxliij.Dominatio tua in om̄i generatiōe
⁊ generatōꝫ. ¶ Sexto captat beniuolentiam cum dic̄.
Non eſt q̄ pōt reſiſtere tue volūtati.q.d. Si vis miſe/
rere nr̄i nemo r̄ſiſtit tibi. Sꝫ diceres. Videꝉ ꝙ petōres
reſiſtant diuine volūtati.qꝛ deus vult bonum fieri.⁊ tū
ipſi malum faciunt ⁊ bonum omittunt igiꝉ ⁊c̄. Ad hoc
dr̄ ſm̄ mḡrm li.j.di.xlv.Duplex ē volūtas dei. Prima
eſt beneplaciti.⁊ hec eſt idem qō diuina eſſentia.⁊ huic
nihil pōt reſiſtere.qꝛ oīno eſt ſicut deꝰ.De hoc dic̄ ꝓpha
Omnia quecūꝗ voluit fecit. ⁊ Apl's ad Ro.ix. Volū
tati eiꝰ q̄s reſiſtet.q.d.nullus.Et de illa dic̄ ad Ro.xij.
vt ꝓbetis que ſit volūtas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ ꝑ
fecta. Alia eſt volūtas ſigni.⁊ eſt q̄ntuplex.q̄nꝗ ſunt ſi
gna illius diuine volūtatis.ſ.p̄ceptum.ꝓhibitio.ꝯſili/
um.ꝑmiſſio.⁊ impletio. Vnde v̄ſus. Precipit ⁊ ꝓhibꝫ
ꝯſulit ꝑmittit ⁊ implet. Et iſtis ſignis reſiſtunt inte̾duꝫ
petōres.qꝛ p̄cepit deus multis ea q̄ non faciūt.⁊ ꝓhibꝫ
q̄ non cauent ⁊ ꝯſulit q̄ non implēt. Cum aūt dr̄ ꝙ deꝰ
vult bonum fieri dicit ꝙ vult q̄ntum in ſe eſt. Non tū
eſt veꝝ ꝙ velit ſimplicit̄ fieri bonum:qꝛ ſemꝑ fiet.⁊ cū
dicit vult malum nō fieri.dic ꝙ iſta negatiua eſt vera.
ꝫ illa.Deus nō vult malum fieri:nō eſt veꝝ ſimpliciꝉ.
qꝛ nunꝙ malum fieret. Nunc aūt nulla mala fient niſi
deo ꝑmittente. ¶ Septimo captat beniuolentiā ꝑ hoc
qō ſbdit. Si decreueris nos ſaluare ꝯtinue liberamur.
q.d.ſnia tua eſt inſcrutabilis. Nam ſnīe alioꝝ p̄ncipū
q̄uis ſm̄ eq̄tatem ꝓcedant ſepiſſime tū fruſtranꝉ. nec
fit executio de mandatis.⁊ hoc iō.qꝛ non ſunt omnipo
tentes.ꝫ ſic nō eſt de deo.Et ſbdit dei omnipotētiam
magnificando ex reꝝ ꝓductiōe di. Tu eīm feciſti celum
⁊ terraꝫ ⁊ quicq̄d celi ambitu ꝯtineꝉ.q.d. Tu feciſti eti
am alia elementa.ſ.ignem.aerem.⁊ aquam.dn̄s omni/
um tu es.⁊ non eſt qui reſiſtit maieſtati tue. ¶ Octauum
ad ſcōm explicat ordinis ꝯtinentiam.ibi. Et nūc deus
Abraham.Quia mos eſt petētium vt cum hūc a q̄ pe/
tere volunt beniuolū fecerūt ſtatim petitionem ſbiun
gunt.Sic ⁊ hic facit ſancta eccl'ia cum dic̄. Et nūc deꝰ
Abraham.qꝛ video te beniuolum ad dādum illud qō
peto.miſerē pplo tuo.ſ.culpam quā ꝯmiſit relaxando.
qꝛ volunt nos inimici nr̄i ꝑdere.⁊ hereditatē tuam de/
lere. Hic ꝑ inimicos intelligit dyabolos. ꝫ ꝑ heredita/
tem ppl'm xp̄ianam.De hoc dr̄.iij.q.j.c.nulli dubium.
Nam dyabolus nō ceſſat circuīre querēs quem deuo/
ret:⁊ q̄rere q̄s ex fidelib ꝑdat iō aſſimulanꝉ bubonibus
ꝓpt̄ duo.qꝛ bubones de nocte ad templa volāt vt lam/
padis oleum euacuent vt dic̄ mḡr li.xij.ꝓꝓi. ꝑ templū
intelligiꝉ cor hoīs. Iuꝫ illud.j.Chor.iij. Neſcitis.q.d.
Scire debetis qꝛ templū ſpūale dei eſtis.⁊ ſpūs dei ha/
bitabat in vobis.Et idem templuꝫ dei ſanctum eſt qō
eſtis vos.Et.j.c.vj. Neſcitis qm̄ membra v̄ra templū
ſunt ſpūſſancti q̄ in vobis eſt. In hoc q̄deꝫ templo hu
mani cordis ſancta mr̄ eccl'ia facit oleum deuotōnis vt
patuit ſup̄.⁊ hoc facit iō vt veniēte ſponſo xp̄o in mor/
te cuiuſlibet hominis in lampade mētis habeat oleum
deuotōis.vt.ſ.cum prudentib v̄ginib ornent lampa
des ſuas Math.xxv. Sꝫ demones nocte.i.latenter et
occulte.oleum illud de mentib bonoꝝ ſatagūt euacua
re.vt venite ſponſo nō habeāt ſecum oleum in lampa/
dib.vt ſic ab eterni regis nuptijs excludanꝉ. Sicut ac
cidit v̄ginib fatuis Math.vbi ſ̄. ¶ Scōo qꝛ bubo de
nocte comedit oua monedule qꝛ fortis eſt de nocte. Sꝫ
ecōtra monedula capit oua bubonis de die ⁊ comedit.
qꝛ bubo eſt debilis de die.vt dic̄ autor vbi ſup̄. Sic eti/
am dyabolus comedit in nocte peccati omnia opa bo/
na hominis q̄ ſignificanꝉ ꝑ oua vt nullo mō ſunt ei me
ritoria dum iacet in pctīs ſaltem ad vitam eternaꝫ.va/
lent tū ad minꝰ ad extremi iudicij ſuppliciuꝫ ſbeundū.
de pe.di.iiij.c.vlti. aut ad bonum tpale obtinendum.
de pe.diſ.iiij.aut ad cor eius illuſtrādum. de pe.di.ij.c.
fallas.⁊ qꝛ dyabolus ad inſtar bubonis deſtruit bona
opa hoīs ꝑ pctā mortalia.iō dꝫ ecōtra hō in die ſaluꝉ ⁊
gr̄e deſtruere oua dyaboli ꝑ opa pnīe. Quia dic̄ Anſ.
li.iiij.c.xxj. eſt velut monedula humilis pnīa. cuiꝰ oua
dici pn̄t laborioſa penitentis opa.⁊ velut oua bubonis
ſunt peccata.ad que induxit demon. Monedula ergo
de die deſtruit oua bubonis.qꝛ humilis pnīa illuſtrāte
dei gr̄a deſtruit peccata q̄ penitens ex demonis ſugge/
ſtione ꝯmiſit. Sicut fecit ille de q̄ legiꝉ in ānulo.c.xvij.
¶ Iuuenis quidam fuerat qui inſtigāte dyabolo mul/
ta mala ꝯmiſerat.⁊ diu ei ſuierat. Timens ergo ne euꝫ
amitteret in forma cuiuſdam clerici.ſ. ſocij eius appa/
ruit ei.eamus inquit ad ripam extra ciuitatem volens
ipm̄ p̄cipitare in via. erat autem quedam cepella quaꝫ
intrauit.dyabolo foris expectante. Iuuenis igiꝉ exem/
plo alioꝝ compunctus confitebaꝉ.⁊ ſic opera mala dya
boli deſtruebat cum pnīaꝫ agebat. Dyabolus vō a ſin/
gulis exeuntib queſiuit de ſocio ſuo. Tādem ille cum
eſſet egreſſus dyabolus dixit ei. Venit ne ſocius meꝰ:
Ait iuuenis. Agnoſcis ne eum: At ille. Vtiꝗ eīm co/
gnoſcerem ſi eum viderem ſicut p̄us dimiſi eum. Rn̄
dit iuuenis.ego ſum.ꝫ deus me de tua ſocietate miſeri
corditer ꝑ pnīam liberauit. Ideo vlterius orauit ſan/
cta mater eccleſia ꝓ ſuis filijs ⁊ populis dicens. Ne de
ſpicias partem tuam quam redemiſti ſanguine tuo.q.
di.Sed da eis veram pnīam. vt ſic euadant fallaciam
dyaboli.placare inquit offenſam remittendo.⁊ exaudi
dep̄cationem meam.ſ.quam fundo ꝓ populo meo. et
ꝓpicius eſto ſorti ⁊ funiculo hereditatis tue.⁊ conuerte
planctum nr̄m in gaudium.ſ.grām tuam ⁊ ꝯſolationē
dando ſine qua ſpūale gaudiuꝫ hr̄e non poſſumus. qꝛ
peccator qui adhuc iacet in peccati tenebris dicere po/
teſt illud Thobie.v. Quale mihi gaudium cum in te/
nebris ſedeo.q.d.nullum. Ideo conuerte luctum no/
ſtrum ⁊c̄.Quod tūc fit cum homo confiteꝉ peccatum.
Quia etiam ad lrām homo confeſſus alleuiaꝉ ⁊ lenior
efficiꝉ ad bonum operandum. ad deumꝗ laudandū.
Ideo concludit. Et viuentes.ſ.in anima per peniten/
tiam laudemus nomen tuum.et ne claudes.id eſt clau
di ꝑmittas ꝑ demoneꝫ.ora canentium te dn̄e deus nr̄.

¶ De eadem feria quarta.

Poteſtis bibere calicem
quem ego bibiturꝰ ſum.dicūt ei poſſumus.
Ita ſcribiꝉ Mat.xx.⁊ Mar.x.Lu.vo.xiiij.
c.Robertꝰ holct.ſup li. Sap̄.j.c.xxxvj. dic̄. Sanguis
humanꝰ triplicē hꝫ nām:qꝛ fecundat lignum aridum.